



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

VIII. Limites parochiarum non praescribuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI  
1179.  
\* Ephesi-  
mus

na possidere, cum bona fidei possessor dici non possit.\* Euphegius enim legislator, solum propter vitandam miserationem segnitiem, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali & quadragenali possessioni vigorem legis imposuit: nobis autem in rebus tam cognitis quam latentibus placuit non habere vigorem.

CAP. VI. *Item Gregorio Syracusano episcopo.*

Ne religiosorum virorum corda ecclesiasticarum rerum contentio a mutua, quod absit, caritate disiungat, magna est solitudine studendum, ut facillimum finem res possit in altercationem deducta percipere. *Et infra:* Hor tamur ergo, ut ad loca praedicta, de quibus contentio est, debeatis accedere, & vtraque parte constituta, minus loca quae in lite sunt, vestra faciatis praesentia terminari, 40. tamen annorum ab vtraque parte seruata præscriptione.

CAP. VII.

Sanctorum patrum auctoritas & humanæ leges irrefragabiliter constituentes confirmauerunt, & nos in praesenti Concilio cum omnibus, qui adsunt nobiscum, inviolabiliter confirmamus, ut omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos possessæ sunt quiete & secure, absque synodalni proclamatione, perpetuo detineantur, nullaque vox audiendi alicui aduersario concedatur.

CAP. VIII.

*Idem Urbanus III. de Novo loco & de Turgam prioribus.*

Super eo vero quod apud vos intelleximus dubitatum, scilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præscribendis, statutum per Canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus, sicut in prouincialibus admittendum: illud vobis duximus respondendum, quod bene videtur in vtroque seruandum, si parochiarum fines legitima probatione vel alias indubitate fide constiterit ecclesiastica ordinatione constitutos.

*Concil. Tom. 27.*

Rrrr